

1
10
5
2
3
10
1
10
1
2
3
1
10
1



1708.

ii

187

1654, 2.

de

DISPUTATIO JURIDICA,

De

REGALIBVS,

Quam

Annuente SS. Triade

Sub PRÆSIDIO

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, ET

Consultissimi Viri,

Dn. VVOLFG. GVALTERI GRVBERI,

J.U.D. & Professoris in Celeberrima Tubingensium Aca-

demia Excellentissimi, Domini Patroni, Præceptoris atque

Promotoris summâ observantiâ colendi,

honorandi.

Publicæ disquisitioni subjicit,

Ad diem Augusti

JOHANNES MICHAEL WILLIVS,

LANDAVIENSIS.

TUBINGÆ,

Typis & Formis Kernerianis, 1651.

13

de



NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, PRV-
DENTISSIMISQVE VIRIS,

DOMINIS CONSVLIBVS
ac Reipublicæ Landaviensis Senatoribus
gravissimis, Dominis Patronis atque Pro-
motoribus meis summa animi submissio-
ne, ætatem colendis.

UT ET
NOBILISSIMO, CONSVLTISSIMOQVE
VIRO,

DN. JOHANNI THALERO,
Jurisconsulto Eximio, Ejusdemque Reipublicæ Syndi-
co dignissimo, Patrono atque Fautori meo honora-
tissimo.

Hancce Disputationem Juridicam

*In grati animi testimonium,
Literarii Exercitii monumentum,
Debitæq; observantia Symbolum.*

*Submisè
inscribo, offero, consecro.*

Johannes Michael Willius,
Landaviensis.

§(3)§
D. O. M. A.

THESIS I.

Augustam Regalium dignitatem ipsum nomen satis indicat: dicta namque sunt Regalia à Rege,^a cui soli jure proprio competunt.^b

^a Quo nomine ura nostra Imperatorem Rom. appellant: *tit. 1. in pr. & §. notandum. & tit. 26. in pr. vers. si verò ad Regem lib. 1. feud. tit. 33. §. in quibus. lib. 2. Feud. t. 34. in pr. & t. 54. lib. 2. Feud. Quin & ipse Fridericus Imperator t. 27. lib. 2. Feud. initio quidem se Imperatorem vocat, sed mox in sequentibus suum solium Regiæ majestatis solium; imperium suum regnum & regiam ditionem; jus suum regium jus; potestatem suam regiam potestatem nuncupat: hoc amplius in *vers. si verò temerarius*; disertè se Regem appellat. Idem Fridericus in *t. 50. lib. 2. Feud. Imperiale numen vocat Regale numen, & ea jura quæ ad se tanquam Imperatorem pertinere dicit, regalia appellari voluit. Sic & Justinianus Imp. in l. ult. C. de Legib. sententiam ab Imperiali Majestate dictam Regalem sensum; idemque in l. benè à Zenone. 3. C. de quadrien. præscript. Majestatem Imperialem Regale culmen nominat. Sic à Pontifice in *c. inter dilectos §. tertio quia falsum. Sceptrum Cæsaris vocatur sceptrum Regale. & in c. sollicita. §. prætereà nosse debemus. de majoritat. & obedient. Imperialis sublimitas dicitur Regalis potestas. & vers. quod autem sequitur dicitur Rex vel Imperator. Hinc & Guntherus Poëta clarissimus in carmine suo cui LIGVRINO nomen indidit, quod inter res gestas Friderici I. Imp. præcipuè bella Liguriæ & Insurbrium, h. e. Mediblanensium, continet, Iacob. Spiegel. in *epistol. præmissa scholius in Ligurinum, lib. 8 jura illa quæ Fridericus I. Imp. sibi debita asserbat & vindicabat, vocat jura Regia: & Ferrarius in *tr. de feud. lib. 5. t. 7. ea βασιλικὰ Græcis dici ait. Eò verò facilius factum est ut Imperialia jura sint Regalia dicta, quod posterioribus temporibus res eò devenit, ut Imperatores ante coronationem Papalem plerumque Reges Romanorum appellati sint, Sixtin. de Regalib. lib. 1. c. 1. n. 2. 3 & 4.*****

^b Bocer. de Regalib. c. 1. n. 1. & seqq.

A 2 II. Sunt

Sunt autem Regalia jura ^a quæ Imperatori jure proprio, ^b vel ejus concessione ^c alii, ad salutem & decus Reipublicæ tuendum ^d competunt.

^a Minus rectè nonnulli generali appellatione Regalia dicunt esse Res, quasi inde genus sit constituendum in hac definitione. Nam regalia ad eas res spectant, quæ incorporales sunt, & jura nuncupantur: ideoque Iura proximum genus sunt. Sixt. *de Regalib. lib. 1. c. 1. n. 15.* Sunt igitur Regalia jura, i. e. potestas quædam, vel faciendi, vel præcipiendi, vel permittendi, vel exigendi, vel possidendi aliquid. Bocer. *d. tr. c. 1. n. 2.*

^b Soli Namque Imperatori Rom. Regalia jure proprio competunt uti arguit textus in *Constitut. Frideri Imp. de Pace Constantia. § volumus ut Regalia ibi; ea quæ specialiter ad nostram Excellentiam spectant.* tum etiam textus in *N. A. de anno 1576. §. dardurch dann. ibi; zu Unserer Kayserlichen besondern Hoehheit und Reservaten. pag. m. 671.* Habent quidem aliarum quoq; gentium Principes superiorem non recognoscentes sua regalia hodie Rom. Imperio immunito, veluti Hispaniarum, Galliarum, Poloniæ, aliique similes Reges: verùm quia de jure potissimum Romano differere nostrum est, non de jure aliarum gentium, idcirco Regalia definiendo ea saltem Imperatori Rom. propria esse dicimus cum Bocero *d. cap. 1. à num. 1. usque ad num. 8.*

^c Possident enim & alii Principes Imperatore inferiores regalia quædam, verùm non suo proprio jure, sed ex concessione Imperatoris, eaque vel expressa, vel tacita, puta præscriptione. Bocer. *d. l. n. 5. qua de re infra thes. 14.*

^d Ita in specie de jure Monetæ Maximilianus II. Imp. in *R. I. de anno 1570. §. Alsdann auch. fol. m. 619. daß die Münzgerechtigkeit kein Mercanz/sondern Unser Kayserlich Regal/so die Münzstände auß Unserm sondern Bertrauen/nicht zu ihrem selbst gesuchten Vortheil/sondern wie Wir selbst dem H. Reich zu Ehren vnd Wolfahrt brauchen sollen.*

III. Rega-

III.

Regalia communiter distingui solent in
majora & minora.

Zaf. in epitom. feud. part. 8. n. 19. & cons. 16. n. 64. part. 2. Henric. à Rosenthal. in synops. jur. feudal. c. 5. conclus. 3. Ioh. Borcholt. ad cap. un. quæ sint regalia. n. 3. Vultejus de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. Bocerus de Regalib. c. 2. n. 4. ea dividit in regalia majestatis & regalia fisci.

IV.

Majora five Majestatis regalia vocantur,
quæ potissimum ad Principis Romani sum-
mum decus & autoritatem, ^a sine pecuniario
commodo pertinent. ^b

^a Quæ nonnulli potiora vocant, item merè regalia. *Vid. Sixtin. d. cap. 2. n. 3. & 4.*

^b Quibus verbis discriminantur hæc regalia à regalibus fisci quæ pecuniarium fisco commodum adferunt *Bocer. d. c. 2. n. 6.*

V.

In conglomerandis autem Regalibus non-
nulli immòdici planè sunt: ^a nobis ex hisce se-
quentia delibare pro instituto nostro suffi-
ciat.

^a Hoc nomine notati à Sixtino *in Procem. d. tr. n. 20. & ab Andr. Knichen in Synoptic. tractat. de sublimi & regio territorii jure. cap. 1. n. 341. inconcinnum quippe fuerit omnia quæ Princeps potest protinus ad Regalia referre. Valascus de jur. emphyteut. q. 8. n. 34.*

VI.

Inter majora autem five majestatis regalia
præfulgent, Cura Religionis, seu potestas dis-
ponendi ex verbo DEI, Theologorumque in-

6
 formatione, de vera Christiana religione con-
 lenda; ^a Ius condendi leges universales; ^b &
 potestas belligerandi.^c

^a Bocer. *claf.* 1. *disp.* 11. *th.* 3. *lit.* a. & competit Imperatori cura religionis jure potestatis regiae à Deo sibi concessae & demandatae. *Deuter.* 17. v. 19. *Iosua.* 1. Sunt enim Reges nutritii Ecclesiae. *Esa.* 49, & vicarii DEI in terris *Psal.* 82. v. 6. adeoque decet Principis imperium maximam habere sollicitudinem circa vera dogmata. *Nov 6. in pr.* & subditos suos de religione commonefacere. *l. C. 3. de Summa Trinit.* Ex quo Magistratus dicitur Minister DEI, qui curat & disponit legibus non tantum de bono civili & naturali, sed etiam de bono spirituali & supernaturali, quo cives suos quam optimos & felicissimos reddat. *Roman.* 13. *Bened. Carpzov. de leg. Reg. cap 2. sect. 1. & in definitionib. Ecclesiast. sive Consistorialib. lib. 1. tit. 1. def. 1. ubi plura.* Hinc Imperator dicitur, *der Christlichen Kirchen Advocat, Schutz und Schirmherr. item obrister Vogt der Christenheit. N. A. de anno 158. §. Erstlich. de anno 1530. §. auff solch. & §. Nach dem aber. de anno 1541. §. Aber Churfürsten.* Et ipse Elector Trevirensis in electione Caroli V. Talem, inquit Respubl. desiderat, qui praeter alia constituat & emendet Ecclesiae statum. *Sleidan. lib. 1. Commentar. de statu Relig. & Reip.* Quare Lutherus ad Imperatorem scribit; sese confugere ad ipsum tanquam ad aram praesidiumque, & rogare ut doctrinae Christianae tutelam suscipiat idque se facere exemplo Athanasii. *Sleidan. lib. 2. Caterum quomodo & quatenus religionis cura ad Imperatorem pertineat, & quae ad eam spectent tradunt Arumæus de jur. publ. Discurs. 30. th. 32. & aliquot seqq. Reinking. de reg. secul. & Eccles. lib. 3. per tot. Carpzov. d. L. R. c. 2. sect. 1. & aliquot seqq.* Hæc autem cura religionis praeter autoritatem Imperatoris, etiam Electorum cæterorumque Principum ac Statuum Imperii consilium & consensum desiderat. *N. A. de anno 1555. §. iii. solcher Berathschlagung. circa fin.* Adde Acta publica de pace Religiosa edita per Christoph. Lebenmann. *lib. 1. per tot.*

^b Vt autem solius majestatis Imperialis erat condere leges; ita & interpretari & abrogare. *l. 1. I. leges 9. l. ult. C. de LL. I. & ideo. 11. ff. eod.* Verum hæc potestas hodie aliquo quasi centro & spacio cir-
 cum-

cumscripta est: nam hoc tempore in universo Imperio Romano Germanico universalem legem condit Imperator cum assensu & consilio Statuum Imperii mit den Ständen des Reichs. Ioach. Cluten in *sylog. rer. quotidian. th. 21. lit. a. & b.* Hinc est quod leges in Comitibus Imperialibus conditae inscribantur Recessus Imperii seu Comitiorum des *H. N. Reichs gehaltenen Reichstäg Ordnung / Sasung und Abschied.* ut videre est ex titulo sive inscriptione Recessuum Imperii. item *N. A. de anno 1442 in pr. durch Anbringen / auch mit Rath und Beywesen. N. A. de anno 1495. in fin. princ. mit zeitigem Rath der Churfürsten / Fürsten und gemeinen Versammlung. Vid. Reinking, d. R. S. & E. lib. 1. class. 2. c. 2. n. 107. & seqq.*

Actus & effectus inde dependentes sunt Ius armorum, quod pertinent Armandiæ. *t. 56. in pr. lib. 2. Feud.* quæ sunt jus habendi fabricas armorum bellicorum & armamentaria publica. *Bocer. de Regalib. c. 2. n. 137. Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 1. n. 5.* Ius armorum concernit etiam usum armorum & militiae subditis vel interdendum vel permittendum pro utilitate Reipub. *Arumæus de jur. publ. discurs. 30. th. 29.* siquidem inscio & inconsulto Imperatore nemo regulariter movere arma potest. *l. un. C. ut armor. usus inscio Principe interdictus sit lib. 11.* Huc refertur. & jus indicendi bellum, delectum, militum habendi, exercitum comparandi, quod soli Imperatori competit, quodque injussu Principis citra læsæ majestatis crimen nemo facere potest. *l. 3. vers. eadem lege. ff. de L. Jul. Majest. l. neminem. 17. C. de re militar. Sammergerichts Ord. part. 2. tit. 15. ibi: Auf der Kayf. May. oder unserm Zugeben. Bocer. de bell. & duell. lib. 1. c. 5. n. 2. & de Regalib. d. c. n. 141.* Cæterum hodiè Imperator non nisi de Ordinum omnium præcipuè Septemvirorum voluntate intra vel extra Germaniam bellum suscipit. *Sleidan. lib. 1. commentar. Addè Capitulat. invictissimi Imperatoris Ferdinandi III. art. 11. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. class. 2. cap. 2. n. 128. & seqq.* Contra duces verò belli illiciti & milites tumultuarios ex constitutione pacis publicæ Caroli V. *tit. von Mandaten des Sammergerichts wider die Friedbrecher; & Ordinatione Camerae part. 2. t. 9. s. und ob sich. & s. seq.* In Camera Imperiali mandata avocatoria sine clausula sub pœna banni, & amissionis omnium beneficiorum & privilegiorum decernuntur, eaque mandata avocatoria ge-
meine:

meine Abforderung per nuncios Camerae utrisque insinuatur?
Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 4. per tot. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 1.
n. 121. & seqq.

VII.

Ad majora quoque Regalia refertur Ius
creandi Reges, ^a Electores, ^b Archiduces ^c Du-
ces, Principes, Marchiones, Landgravios,
Pfaltzgravios, Burggravios, Comites, Baro-
nes, ^d Equites, Nobiles, ^e Comites Palati-
nos, ^f Tabelliones sive Notarios. ^g

^a Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 2. n. 24. & c. 5. n. 127. in fin. Exempla
producit in Regibus Bohemiae, Poloniae, Daniae, Sueciae Limnaeus
de jur. publ. lib. 2. c. 9. num. 19. & seqq. Carpzov. de leg. Reg. c. 3.
sect. 13.

^b De horum origine varia sunt scriptorum sententiae, ita ut ea
non satis appareat. Vid. Arum. ad aur. Bull. discurs. 9 membr. 3. th. 29.
Reinking. de R. S. & E. lib. 1. class. 4. c. 3. n. 7. 8. Heig. illustr. quest.
p. 1. q. 3. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th. 24. lit. b. Anton. Coler.
de jur. Imperii Germ. sect. 45. & seqq. Limn. de I. P. lib. 3. n. 7. & seqq.
Exempla vid. apud Carpzov. de lege Reg. c. 3. sect. 13. n. 18. & seqq.
& c. 7. sect. 3. n. 23.

^c Origo hujus dignitatis refertur ad Rudolphum I. Habspur-
gensem: is cum Austria legitimo herede destitueretur & Impe-
rio aperiretur, eam filio suo Alberto sub titulo Archiducatus con-
tulit. Reinking. d. l. 1. class. 4. c. 10. n. 4.

^d Bocer. de Regal. c. 2. n. 57. per text. lib. 1. feud. t. 14. & lib. 2.
Feud. t. 10. Adde R. A. de anno 1548. §. wiewol auch. ibi: daß die Gra-
fen und Herren so künzlich ihre Digniteten und Præminentz von
Bus und Busern Fr. lieben Brudern/dem Römischen König/empfangen.
Nolden de stat. Nobilit. c. 2. n. 34. Exempla suppeditat Andr.
Knichen de sublimi & reg. territ. jur. c. 1. n. 297. & seqq. Reinking. d.
lib. 1. cl. 4. c. 12. & seqq. Limn. de jur. publ. lib. 4. per tot.

^e Dd. in l. 1. ff. de natalib. restit. Bartol. in l. 1. C. de dignit. lib. 12.
Tiraq. de nobil. c. 12. Nold. de Stat. Nob. c. 2. Bocer. de regal. c. 2. n. 7. per
l. fa-

*l. sacrilegii. ubi Bart. & alii. C. de divers. rescr. l. ult. §. viros autem illustres. & ubi Paul. Castr. C. ubi Senatores vel clarissimi. l. un. C. de his qui à Principe vacat. accep. lib. 10. l. pen. in pr. & §. 1. ubi Alberic. ff. de decurionibus. lib. 10. Hinc quæritur; An filii ex nobilitate patris nobiles fiant, & privilegiis nobilitatis fruantur, si antequam pater jura nobilitatis adipisceretur, nati fuerint? Quod affirmatur per *l. Senatoris. 5. ff. de Senatorib.* Item: an qui natus est ex patre nobili, matre verò plebeia, potiatur eadem patris dignitate, privilegiis & succedendi jure etiam in feudis? Quod itidem affirmamus, tum per *l. cum legitima. 19. ff. de stat. hom.* tum quia mulieres honore maritorum & genere nobiles. *l. ult. C. de incolis. lib. 10. l. mulieres. 13. C. de dignitatib. lib. 12. l. femina. 8. ff. de Senatorib.* Boccr. d. c. 2. n. 14. & seqq.*

f Quos improprie & abusive Comites Palatinos dici scribit Chassan. post alios Dd. à se allegatos in tractat. de gloria mundi. considerat. 50. quos & communiter Comites Sacri Palatii Lateranensis appellari videmus, vel à Palatio Lateranensi Romano, in memoriam nempe veteris Domini, secundum Freherum in notis ad Petr. de Andlo lib. 2. de Roman. Imper. cap. 6. p. 184. vel à Palatio Lateranensi, quod est Aquisgrani in Germania, ut autumat Limnæ. de jur. publ. lib. 4. cap. 4. num. 44. à nonnullis dicantur Richter des Kayserlichen oder Königlichen Hofes: Est enim Pfalz idem quod Palatium sive Curia Paul. Matth. VVehner. in observat. Practic. verbo Pfalleuz. Vnde Goslaria fuit appellata eine Pfalz Statt / quod in ea Curia Imperatorum solebant conscribi. Henning. Arnif. de jur. Majest. lib. 2. cap. 4. n. 15. Ex quo etiam vocantur Comites Palatini qui hoc titulo in Imperio fulgent, quantumvis de Palatinatu aut einer Pfalzgraffschafft non sint investiti; nimirum quia & hi de Palatio seu Curia Imperatoris per metaphoram intellectâ, hoc est, de ejusdem potestate participant. Carpzov. de leg. Reg. cap. 10. sect. 10. ubi plura de eorum potestate. Adde Reinking. de R. S. & E. lib. 1. class. 4. cap. 13. num. 39. & seqq.

g. Innocent ad cap. cum tabellio. 15. num. 2. extr. de fide instrumentor. Iacobin. de S. Georg. tract. de feud. in princ. versic. dubitatur etiam. n. 3. & alii. relati à Sixtino de Regalib. lib. 1. cap. 2. num. 35. & lib. 2. cap. 15. num. 14. Bocero Regalib. cap. 2. num. 161. & Cluten.

in Syllog. rer. quotidianar. thes. 20. lit. h. Vide Ordinat. Camerae. part. 1. tit. 39.

VIII.

In hac Majorum Regalium classe sunt etiam Ius indicendi Comitia,^a cognoscendi de feudis Regalibus, ut Principatibus, Comitibus Imperio immediatè subjectis^b constituendi magistratus ad justitiam expediendam^c absolvendi à juramento ad effectum agendi^d ultimæ cognitionis de provocationibus civium^e indulgendi, abolendi remittendiq̄ue pœnas criminum capitales^f restituendi famæ & honoribus^g legitimandi liberos naturales^h tribuendi veniam ætatis.ⁱ

^a Comitia, ex stylo & usu Imperii Romani sunt conventus totius corporis Imperii, aut partis, ad aliquid sciscendum decernendumve Reipublicæ causâ Bernhard Bertram *de Comitibus. conclus. 8.* Cæterum de speciebus Comitiorum eorundemq̄ue tum indicendorum, tum habendorum modo & ordine *vide Reinking. de R. S. & E. lib. 1. class. 5. cap. 8.*

^b Ordinat. Camer. part. 2. tit. 7. Gail. lib. 1. obs. 29. n. 7. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 5. n. 39.* Vultejus *de feud. lib. 2. cap. 2. n. 9.* quemadmodum & solus Imperator regales dignitates cum regalibus feudis in Imperio confert. *lib. 1. Feud. tit. 14. & lib. 2. Feud. tit. 10.* Nec enim feuda regalia ad cognitionem Parium pertinent. *lib. 1. Feud. t. 18. & lib. 2. Feud. tit. 34.* Bald. *in l. si de proprietate. num. 3. Cod. si à non competent. Iudice judicatum esse dicatur.* Petr. Heig. *lib. 1. quest. 9. num. 41.* Carpzov. *de leg. Reg. cap. 9. sect. 12. num. 23. & seqq.* neque Camera habet cognitionem controversiarum de Ducatibus & Comitibus Imperio immediatè subjectis. Gail. *d. l. n. 7.* Petr. Frider. Mindan. *de processibus extrahend. lib. 1. cap. 19. num. 184.* Neque

que etiam vacante Imperio Palatinus & Saxo de iis cognoscere possunt. Aur. Bull. t. 5. Bocer. de regalib. cap. 2. num. 57. & seq. Thom. Michaelis de SS. Casar. Majest. Camera ac Statuum juridict. conclus. 29. lit. A. & B. Anton. Coler. de jur. Imperii Germanic. sect. 23. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. class. 4. c. 19. Arumæ. de jur. publ. tom. 1. discurs. 11.

c Lib. 2. Feud. tit. 53. §. homicidium quoque. vers. Indices. & tit. 56. l. un. in princip. ff. de leg. Iulia ambitus. l. quidam. 57. in fin. ff. de re judicat. l. ult. in princ. Cod. ad leg. Iul. repetundar. Bocer. de Regalib. cap. 2. num. 67.

d Einem sein gegebene Eyrhed / gegen dem Herrn / so ihne also verurthelet hat / zu relaxiren, damit er sich gegen selbigen Rechts gebrauchem möge. Bocer. d. l. n. 135. & quamvis nonnulli causam juramenti ejusque relaxationem ceu spiritualem ad forum non seculare sed Ecclesiasticum; multi etiam ad solum Pontificem pertinere tradant, relati à Carpzov. de leg. Reg. cap. 9. sect. 12. num. 2. & 3. at tamen idipsum repugnat Majestati Principis, & legibus civilibus, quibus relaxatio hæc secularibus quoque permittitur magistratibus. l. ult. ff. qui satisfacere cogantur. l. 1. Cod. qui militare possunt. lib. 12. l. adigere. 6. §. ult. ff. de jur. patronat. l. ult. ff. ad municipal. & l. ult. ff. de re militar. Gail. lib. 1. obs. 25. num. 3. ex quo Camera etiam Imperiali hæc relaxandi & absolvendi ab ejusmodi juramento potestas ab Imperatore & Statibus Imperii permiffa est, modò prius ad eum Principem vel magistratum, qui hoc de non offendendo juramentum exegit, scripserit, ei que desiderim jurati exposuerit, cognoveritque æquum esse & justum supplicantis postulatum. Ordinat. Camer. part. 2. art. 24. Gail. lib. 1. obs. 1. num. 24. & d. observ. 25. num. 2. Mynsing. centur. 3. observ. 99. Adde Reinking. de R. S. & E. lib. 1. class. 1. cap. 10. n. 54.

e Stultum quippe est illud admonere, à Principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui provocatur. l. 1. §. 1. ff. à quibus appellare non licet. Et erronea prorsus est illorum sententia, qui ab Imperatore ad Papam appellari autumant: nec enim causæ seculares extra Imperium sunt trahendæ. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 7. in fin. adeoque consuetudo ista, ut in profanis Papa appelletur, corruptelæ potiùs nomine digna est, per tradita Mynsing. cent. 1. obs. 14. Carpzov. de

leg. Reg. cap. 9. section. 2. num. 16. & seqq. Vnde cum olim quidam etiam in causa pia & tutelari à Camera ad Pontificem appellasset, ut contemptor Iurisdictionis Imperialis in centum marcas auri puri cum refusione expensarum condemnatus; diversisque vicibus appellantis, appellationesque petentibus refutatorii cum comminatione pœnæ in Camera dati sunt, uti ex Seilero in *sententiis Cameralibus refert* Thomas Michaelis de *SS. Cesar. Maiestat. Camera Statuum Imperii & aliorum Magistratum iuridict. concl. 34.* Et quamvis non desint, qui à Principe mali informato ad melius informandum appellari posse opinantur, quos sequitur Obrecht in *disput. de Regalib. thes. 348.* Treutler. *vol. 2. disput. 33. thes. 4. lit. d. in not.* hanc tamen appellationem rectè improbat Gail. *lib. 1. observ. 155. num. 6.* tum quia iura vetant ab eodem ad eundem appellare. *text. in cap. Romana. de a. pellationib. in 6.* tum etiam quia reprehensione non vacat, qui Summum Principem in cognitionibus causarum incuriæ & negligentiae infimulat, cujus acta majori consilio confici existimantur. *l. ult. Cod. de fid. Instrument. l. penult. ff. de his quæ in testam. delentur.* Petr. Heig. *quest. 10. num. 18. & seqq.* Bocer. *de Regalib. cap. 2. num. 242.* Adde Reinking. *de R. S. & E. lib. 1. class. 5. cap. 9. à num. 47. usque ad fin.* Bachov. *ad Treurl. d. loc.* Quamvis autem à sententiâ in Camera Imperiali latâ neque appellatio neque supplicatio detur, actorum tamen Revisio & Syndicatus conceditur in *Ordin. Camer. part. 3. tit. 51 & 53.* In Iudicio quoque Aulico, ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensivo destituantur, licitum est parti gravatæ à sententiâ ibidem lata ad Cæsaream Majestatem supplicare, ut Acta judicialia denuò, adhibitis aliis gravati negotii paribus, neutrique partium addictis ex utraque Religione æquali numero Consiliariis, & qui concipiendæ & ferendæ priori sententiæ non interfuerint, aut certè referentium & correferentium partes non sistinuerint, revideantur. *Instrument. Pacis Casareo-Suecica. art. 5. §. quoad processum iudicium.* Revisiois autem revisio tanquam odiosa, non tantum reprobata est, sed insuper à sententiâ Revisorum confirmatoria provocans amissione pecuniæ depositæ multatur. *Ordinat. Camer. d. part. 3. tit. 53. §. im Fall aber.* Gail. *lib. 1. observ. 55. num. 3.* Sed gravis hic incidit quæstio; An pendente Revisioe interim suspendatur

exc-

executio sententiæ Cameralis revidenda? De jure communi certum est, supplicationis viâ, quæ Revisionis instar est, executionem non tardari, sed præstitâ sufficienti cautione de judicato faciendo sententiam effectui suo tradi, *per text. in Authent. Quæ supplicatio. C. de precib. Imperator. offerend.* quæ juris dispositio veteri Ordinationi Camera de anno 1532. §. und damit unser Sammerriechter. etiam consentanea est. Sed in renovata Ordinatione Camerae de anno 1555. *sub tit. 53. de revisione actorum. part. 3.* hoc gravibus de causis immutatum est, etsi non expressè, tamen implicite & verbis æquipollentibus, *in §. darauff sollen. in fin.* ubi disponitur, quod pecunia deposita, casu quo sententia revidenda nullitatis vel iniquitatis arguatur, provocanti restituenda, & sententia reformata, in Camera executioni mandanda sit. Vnde necessariò sequitur, tantisper executionem prioris sententiæ suspendi, donec causâ cognitâ constare possit, utrum sententia revidenda confirmanda vel reformanda, & tunc demum executioni mandanda sit. *Gail. d. lib. 1. obs. 54. num. 3. & 4. per rationes ibid. adductas.* Et hoc ipsum postea in Abschied des Deputationtags anno 1700. §. alsdann auch Streit fürgefallen. pag. m. 773. declaratum & constitutum fuit, daß pendente Revisione mit der Execution nicht zu verfahren/ sondern damit eingehalten werden soll. exceptis tamen paucis causis, de quibus ibidem.

f. L. 1. in fin. ff. de questionib. l. relegati. 4. l. moris. 9. §. ista fera. 11. l. ad bestias. 31. ff. de pen. l. acta. 45. §. 1. ff. de re judicat. Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 2. num. 16. Hanc potestatem Carolus V. Senatui Mediolanensi, cui tamen potestatem Regiæ non absimilem aliàs concesserat, nunquam impertire voluit, sed peculiariter excepit, & suæ Majestati reservavit, *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 8. & 10.* quia hoc jus est symbolum & character Regiæ supremæque præminentia. *Cluten. in syllog. rerum quotidianar. th. 8. lit. g.* Caveat autem Princeps, ne absque causa gravissima eaque sufficiente Reis indulgeat, pœnamque remittat, cum Reipublicæ inter sit delicta puniri. *l. 51. ff. ad leg. Aquil.* eamque facultatem absolvendi tum demum sibi competere credat, si crimen perpetratum non sit eorum numero, quorum pœna vindex esse debet lege divina & æterna. Quale delictum est homicidium dolosum ac voluntarium, quod semper ultimo supplicio venit puniendum, nec pœna

remitti à Principe valet, quia jure divino est constituta. Carpz. de leg. Reg. c. 9. sect. 11. Reinking. de R. S. & E. lib. 2. class. 1. cap. 8. num. 72. item blasphemia Sodomia, sortilegium. Quia enim horum criminum reos jus divinum morte punire jubet, ne quidem Summus Princeps aut Magistratus quivis superior hoc casu mortis supplicium absque causa sufficiente remittere potest. Carpzov. in pract. rer. crimin. part. 3. quest. 150. num. 29. in delictis verò ex lege civili descendantibus magistratui moderatio & remissio omninò non est adempta Lambert. Danæ. lib. 6. Politic. Christ. cap. 3.

g. §. 1. Instit. quib. mod. jus patr. potest. solvitur. l. 1. §. de qua. 10. ff. de postuland. l. 1. l. cum indulgentia. 10. & tot. tit. Cod. de sentent. passis & restitut. Exemplum est in Recessu Imperii de anno 1526. §. und wiewol. in quo Ferdinandus I. Imperator seditiosos rusticos famæ & honoribus restituit. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 2. num. 21. Cluten. in syllog. rer. quotidianar. thes. 20. lit. o. Cæterum quot modis restitutio fiat vide Bocer. de Regalib. cap. 2. num. 117.

h. Nov. 74. cap. 1. Nov. 89. cap. 9. Gail. lib. 2. observ. 142. Petr. Frider. Mindan. de process. lib. 1. cap. 12. num. 3. Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 2. num. 20. Bocer. d. cap. 2. n. 68. & seqq.

i Id est jus legitimæ ætatis, ut ipsimet absque curatoribus bona sua administrare & liberè cum aliis contrahere possint. Bocer. d. cap. 2. num. 131. tot. tit. Cod. de his qui veniam ætat. impetrar. Quamvis autem in l. 2. Cod. d. t. inter alia constitutum sit, ut adolescentes ita demum ætatis veniam impetrare audeant, cum vicesimi anni metas impleverint, Imperatorem tamen illa lege, utpote merè civili & positiva solum esse, nec ad illius observantiam adstringi tradunt, & illustribus exemplis firmant Reinking. de R. S. & E. lib. 1. class. 3. cap. 12. num. 57. Limnæ de jure publ. Imper. R. lib. 2. cap. 9. num. 150.

IX.

His Regalibus connumeramus etiam Ius erigendi, confirmandi & privilegiis exornandi Universitatem literariam, quam Academiam

miam vulgò vocant, ^a potestatem tribuendi jus civitatis, ^b concedendi jus nundinarum & mercatum, ^c jus cudendi & reprobandi monetam, ^d instituendi nova vectigalia, ^e constituendi & confirmandi cursus publicos ^f sunt in hoc ordine & alia, quæ omnia exequi instituti nostri ratio non patitur.

^a Ut scilicet in ea non modo S. Scriptura, justissimæ leges, medicina salutaris, & literæ Philosophicæ publicè doceantur, sed etiam Doctores, Licentiati & Magistri solenniter creentur. *l. un. Cod. de Studiis liberalib. lib. 11. Ordinat. Camer. part. 1. tit. 3. §. desgleichen sollen die Beyfiger. ibi; in Univerfiteten / welche zum wenigsten von unsern Vorfahren Römischen Kaysern und Königen confirmirt. Bocer. d. cap. 2. num. 121. Cluten. in Syllog. rer. quotidian. th. 21. lit. d. e. & f. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 132. & seq.*

^b *L. un. ubi Cujac. Cod. de Metropol. Baryta. Sic Fridericus I. Rom. Imperator Casalensibus jus civitatis habendæ dedit. Maximilianus item I. cum Albertus Comes Mansfeldiæ, vico cuidam propè Islebiæ spiritum & vitam, id est, jus civitatis dare vellet, anno 1514. die 6. Februarii id fieri mandato prohibitorio vetuit, his verbis; Wann nun dir noch jemand andern nicht gestemet Statrecht oder anders / das der hohen Obrigkeit anhängt / ohne sondere Erlaubniß außzurichten / so empfehlen / etc. Bocer. d. cap. 2. num. 237. Cluten. in Syllog. rer. quotidianar. thes. 22. lit. d.*

^c *L. 1. ibi; nundinis impetratis à Principe ff de nundinis. & l. unic. ibi; exercendorum mercatum aut nundinarum licentiam vel veterum indulto, vel nostra autoritate meruerunt. Cod. eod. Menoch. consil. 302. num. 31. Briffon. lib. 1. selectar. antiquitat. cap. 15. Nunquam autem consuevit Imperator dare alicui nundinarū privilegium nisi prius adjacentibus & vicinis civitatibus & pagis, quorum interesse posset, auditis. Gail. lib. 2. obs. 69. num. 25. Quid autem differant nundinæ & mercatus tradit Cujac. in paratit. Cod. tit. de nundinis. Bocer. d. cap. 2. num. 239. Potest etiam Imperator nundinas sive mercatus*

catus alicui civitati vel oppido auferre & aliò transferre. Sed nundinæ hebdomatariaæ Wochenmärkte sine ullo privilegio sive Principis licentia à quovis magistratu institui possunt. Cluten. in Syllog. rer. quotid. d. thes. 22. lit. e.

d. d. tit. 56. lib. 2. Feud. l. 2. Cod. de falsa monet. confert eodem text. in l. 1. ibi; solidos veterum Principum veneratione formatos. Cod. de veteris numismatis potestat. lib. 11. R. A. de anno 1524. §. dergleichen hat der Münz halber. pag. m. 160. & anno 1551. §. So haben wir uns auch mit Churfürsten. ibi; so von uns und unsern Vorfahren mit dem Regalder Münz gefreyet seynd. pag. m. 384. & anno 1570. §. alsdann auch. vide allegat. supra thes. 2. lit. d. in exges. Confer Kayfers Ferdinandi neue Münzordnung und Edict im Jahr 1559. auffgericht. R. A. de anno 1566. §. Wiewol auff vielfältige. & seq. p. m. 573. R. A. 1570. §. damit aber solch übermäßige. p. m. 619. Adde Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. per tot. Bocer. d. cap. 2. num. 222. & seqq. Cluten. d. thes. 22. lit. k.

e Quæ vulgo dicuntur telonia d. t. 56. lib. 2. Feud. Pertinent quidem vectigalia quædam ad Imperatoris fiscum. l. omnium. 6. ibi; quæ inferri fisco moris est. Cod. de vectigalib. & commiss. l. inter publicas. §. publica. ibi; vectigal fiscus capit ff. de V. S. Verum hac ratione vectigalia non sunt de regalibus Majestatis, sed de regalibus fisci, de quibus postea agemus. Hic vero Majestatis regalibus apponimus vectigalia, quoad potestatem tribuendi Principi, Comiti, Baroni aut Reipublicæ alicui jus exigendi vectigalia, quippe cum hanc potestatem solus Imperator concedere possit. l. vectigalia. 10. ff. de publican. & vectigalib. l. 3. & tot. tit. Cod. vectigalia nova institui non posse. Quin etiam nec vetera vectigalia reformare, id est, augere sine Imperatoris jussu quisquam potest. dd. legib. Hodie insuper tam ad instituenda nova, quam augenda vetera vectigalia præter Imperatoris autoritatem desideratur Electorum consensus. R. A. de anno 1576. §. Weiters seynd wir auch. & duob. §§. seqq. Vide Capitulationem Caroli V. apud Sleidan. lib. 1. & Ferdinandi III. art. 20. & Instrum. Pacis Casareo-Gallica. §. und demnach ins gemein. & §. seq. pag. m. 26. pag. m. 670. in fin. Bocer. d. cap. 2. num. 183. Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 2. n. 40. & lib. 2. cap. 6. ubi num. 23. in Camera mandata sine clausula contra eos qui vetera vectigalia augere conantur

tur decerni, experientia testatur. Cluten. d. thes. 22. lit. a. Thomas Michael. de iurisdic. thes. 11. lit. e.

f Qui hodie postæ vocantur, & quibus qui præfunt magistri postarum appellari solent; pertinetque hoc jus ad Imperatorem: l. electionum. 6. l. iudicibus. 9. l. nemo. 20. & tot. tit. Cod. de cursu publico. lib. 12. l. ult. Cod. de fabricensib. lib. 11. & utrobique Cuiac. l. 2. Cod. de quib. munerib. vel prestationib. nemini lic. se excus. R. A. de anno 1522. § Item ist bedacht. p. m. 149 inf. R. A. de anno 1542. § und damit man auch jederzeit. pag. m. 268. Sic anno 1596. & 97. L. T. ejusque substituto l. H. à Cæsarea Majestate officium Magistri Postarum confirmatum, & reliquis privatis ac Civitatis Postis Metzgerpost und Neubeupotten generali Imperatorio diplomate officio interdictum fuit. Haud secus ac anno 1579. A. E. S. suis sumtibus generales Postas per Belgium & Italiam instituere annitenti, à Cæsare pro hujus Suae Majestati reservati juris defensione inhibatum fuit. Thom. Michael. de iurisdic. conclus. 12. lit. b. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 13. num. 42. Et certè hæ postæ præter alias utilitates etiam ad securitatem Reipublicæ plurimum faciunt. Nihil enim magis potest esse è re Principatûs, quàm si Princeps, quid in quocunque ejus angulo geratur, probè cognitum & exploratum habeat. Cluten. d. th. 22. lit. b. Et hætenus quidem de præcipuis majoribus Regalibus.

X.

Sequuntur Regalia minora sive fisci: quæ sunt jura ad conservandum & augendum fiscum Imperatoris pertinentia.^b

^a Fisci nomen in jure nostro quoad nostrum propositum bifariam accipitur. Primò enim significat locum quo pecunia & instrumenta omnis patrimonii, quod Principi Romano ad ejus dignitatem tuendam, & usus publicos Imperii tributum est, conduntur: ut in l. 1. & tott. penè tit. ff. & Cod. de jure fisci. Secundò, fisci nomine significatur ipse administrator sive Præfectus fisci. l. 3. §. & multa. l. si autem. 5. in princ. l. si fiscus. 7. l. Titius. 21. ff. de jur. fisc. Bocer. de Regalib. cap. 3. num. 1. & seqq.

^b Bocer. d. cap. 3. num. 6. Eorum tamen perpauca hodie fiscus Imperatoris capit, cum Principes cæteri, aliique Optimates, Civi-

C

tates



tates item Imperiales ea sibi suis in territoriis, vel ex concessione, vel præscriptionis jure vindicent. Bocer. *ibid.* num. 7. Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 8. num. 72. & seqq.*

XI.

Inter hæc regalia numeramus mulctarum poenarumq; compendia, ^a bona vacantia, ^b bona quæ indignis auferuntur, ^c bona contrahentium incestas nuptias, ^d bona damnatorum & proscriptorum, ^e bona committentium crimen majestatis. ^f

^a tit. 56. lib. 2. Feud. l. 5. & l. ult. §. quodsi. 4. Cod. de mod. mulctar. l. quicumque. §. universi 3. versic. si verò ignorante. Cod. de hæretic. Sammerg. Ord. part. 1. tit. 16. §. der Kayserlich Fiscal. Bocer. d. cap. 3. num. 8. & 18. Quemadmodum autem tam in mulctis, quam poenis id consideratur; quod ad salutem Reipublicæ spectat, ne videlicet delicta maneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. cap. ut fama. de sentent. excommunicat. ita Fridericus Imp. in d. t. 56. eas conjunxit, & utrasque inter Regalia retulit; licet mulcta differat à poena ut species à suo genere. l. aliud est fraus. 131. §. inter mulctam. & l. si qua poena. 244. ff. de Verb. significat. & aliis modis, uti videre est apud Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 8. num. 5. & seqq. Iuris igitur auctoritate destituitur illorum opinio, qui mulctas & poenas fructus juris dictionis esse tradunt, licet fortè usu & consuetudine sustineatur. Bocer. d. cap. 3. num. 20. In Camera autem Imperiali tam in mandatis cum, quam sine clausula, ut & in Privilegiis Cæsareis, tantum dimidia mulctarum poenarumque pars fisco; altera verò dimidia læso adjudicari solet. Obrecht. de regalib. tit. 10. concl. 379. & seq. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 8. n. 86. Sed quæritur; An poena quæ ex popularibus actionibus Reo imponitur ad actorem, an verò ad fiscum pertineat, aut inter hunc & illum dividi debeat? Nos hanc poenam regulariter non fisco adjudicari, sed actori applicandam esse statuimus, per l. creditorum. 11. junct. l. seq. in pr. vers. quod si ex populari causa. ff. de verb. signif. l. 3. in pr. vers. si nemo. & vers. si quis.

quis. & §. si quis. 6. & §. penult. ff. de sepulchro violat. Bocer. d. cap. 3. n. 25. & seqq. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 8. num. 91. & seqq.

b d. t. 56. lib. 2. Feud. l. 1. §. Divus. 2. & l. eum qui. 41. ff. de jur. fisc. l. 1. l. 4. & l. ult. Cod. de bonis vacantib. lib. 10. Sunt autem bona vacantia bona illius defuncti, qui nullum ex qualibet sanguinis linea vel juris titulo legitimum reliquit intestatus heredem. d. l. 4. Cod. de bon. vacant. Bocer. d. cap. 3. num. 26. & seqq. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 9. in pr.

c Per text. in d. t. 56. lib. 2. Feud. l. 1. in pr. l. edicto. 13. §. penult. ff. de jure fisc. Qui autem sint indigni, & quid differant ab incapacibus, tradunt post alios Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 10. n. 4. & seqq. Bocer. d. c. 3. n. 39. & seqq. Causæ porro variæ sunt ex quibus bona alicui ut indigno auferuntur & fisco vindicantur, quæ recensentur à Sixtino d. loc. à num. 13. usque ad n. 92. Sunt tamen certi casus, quibus bona indignis ablata non fisco inferuntur, sed specialiter quibusdam conceduntur, sicut ait Fridericus Imp. in d. t. 56. lib. 2. Feud. quos itidem videre est apud Sixtinum d. loc. n. 97. & seqq. & Bocer. d. c. 3. n. 52.

d d. t. 56. 2. Feud. l. si quis incesti. 6. junct. Authent. Incestas. Cod. de incest. & inutilib. nupt. Nov. 12. cap. 1. & 2. Incestæ autem nuptiæ censentur quæ ob sanguinis conjunctionem, vel affinitatem prohibentur. l. ult. ff. de ritu nuptiar. l. si quis viduam. 5. ff. de questionib. l. ult. §. ult. ff. de condict. sine causa. l. adulterium. 38. in princ. & §§. seqq. ff. ad l. Iul. de adulter. Suntque vel jure gentium incestæ, vel jure civili. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 11. Etsi autem Friderici Imperatoris Constitutio in d. t. 56. 2. Feud. generaliter loqui videatur, restrictionem tamen recipit ex jure Iustiniano quo cautum est, ut bona contrahentium incestas nuptias ipsorum legitimis liberis usque ad tertium gradum relinquuntur, aut illis deficientibus illorum parentibus usque ad secundum gradum, & his etiam non extantibus fratri, sorori, patruo, amitæ tribuantur; his demum omnibus deficientibus fisco inferantur. d. Nov. 12. cap. 1. & 2. d. l. si quis incesti. 6. junct. Auth. incestas. C. de incest. & inutilib. nupt. Bocer. d. c. 3. n. 55. & seqq. Sed quæritur, an hoc novum jus civile de incestis nuptiis, etiam ad nuptias quæ secundum juris Canonici dispositionem & gradus eo jure prohibitos incestæ sunt, extendendum

dum sit? Negativa placet Sixtino *d. cap. 11. n. 35.* ob rationes addu-
ctas à Peregrino *de iure fisc. lib. 5. tit. 1. num. 16.* Quemadmodum
nec poena publicationis bonorum locum habet in iis qui contra-
hunt sponsalia eo gradu quo nuptiæ essent incestæ; quia neque *in*
d. Nov. 12. neque in d. l. incesti. 6. Cod. de incest. & inutilib. nupt. ne-
que etiam in d. t. 56. 2. Feud. sponsaliorum, sed tantum nuptiarum
incestarum fit mentio. Sixtin. *d. l. num. 41. & seqq.*

e d. t. 56. lib. 2. Feud. junct. tit. Cod. de bonis proscriptor. seu damna-
tor. & tit. ff. de bon. damnat. etiam ea quæ post poenam irrogatam
adquisiverunt. *l. 2. Cod. de bon. prosript. seu damnat. Bocer. d. c. 3.*
n. 74. Qui autem damnati, qui item proscripti dicantur, tradunt
Duarenus *in commentar. ad tit. ff. de bon. damnat. & Cujacius in pa-*
ratitt. Cod. de bonis prosript. quos refert & sequitur Bocer. *d. l. n. 60.*
& aliquot sequentib. Cæterum de Regalibus fisci sunt bona damna-
torum & proscriptorum, secundum quod in novis constitutioni-
bus cavetur *d. t. 56. lib. 2. Feud.* Olim quidem dimidia tantum pars
bonorum liberis reservabatur, altera dimidia vindicabatur fisco.
l. quando. 10. C. de bon. prosript. Sed ex *Nov. 134. cap. ult. legitimi li-*
beri, & parentes usque ad tertium gradum fiscum excludunt: his
autem deficientibus fiscus admittitur. Sixtin. de Regal. d. lib. 2. c. 12.
n. 32. & seq. Bocer. d. c. 3. n. 71.

f. Pertext. in d. t. 56. lib. 2. Feud. Est autem crimen majestatis
quando civis Romanus contra Imperatorem vel Rempublicam
Romanam malitiosè aliquid molitur. *§. publica. autem. 3. Instit. de*
public. judic. Clementin. Pastoralis. §. rursus. de sentent. & rejudicat.
l. 1. §. 1. l. 3. vers. eadem lege. l. 4. in fin. l. 5. 6. 7. §. hoc tamen. & l. ult. ff. ad
l. Iul. Majest. Estq; vel perduellionis, vel Majestatis in specie dictum
& committitur non tantum effectu, sed & affectu, *d. §. publica. 3.*
ibi; moliti sunt. Inst. de public. Iud. l. quisquis. 5. in pr. vers. eadem au-
tem severitate. Cod. ad l. Iul. Majestat. si modo ad actum aliquem
exteriorem & conatum processerit: nam nudam & solam volun-
tatem interiorem absque ullo tractatu exteriori ad hoc crimen
non sufficere putamus. *arg. l. 18. ff. de pen. gloss. ad d. l. 5. Cod. l. Iul.*
Majestat. Agid. Bos. in tract. criminal. tit. de crim. las. Majest. n. 43.
Clarus lib. 5. sentent. §. lasa Majestat. num. 15. Harprecht ad d. §. pu-
blica autem. 3. n. 42. Instit. de publ. Iud. Baehov. ad Trentler. vol. 2.
disp. 32.

disp. 32. thes. 1. lit. H. ubi inter cogitationem simplicem, voluntatem & conatum distinguit. Pœna perduellionis jure justiniano est gladius *d. l. quisquis. s. Cod. ad l. Iul. Majest.* cum confiscatione bonorum. *l. ult. ff. ad l. Iul. Majest. l. 5. 6. 7. & ult. C. eod.* etiamsi Reus perduellionis liberos aut parentes habeat. *d. l. ult. ff. ad l. Iul. Majest. & l. ult. C. eod. Nov. 134. cap. ult. in fin. Authent. Bona damnatorum. C. de bonis proscrip. in super & defuncti memoria damnatur d. §. 3. Instit. de publ. Iud. d. l. ult. ff. ad l. Iul. Maj. ejusq; liberi infamiâ notantur, testamenti factione carent, & ab omni successione arcantur. d. l. 5. C. l. Iul. Majest.* Pœna criminis læsæ Majestatis in specie similiter capitalis est, & quidem gladii. *l. 3. ff. ad l. Iul. Majest. d. l. quisquis. s. ibi; utpote Majestatis Reus gladio ferietur. C. eod.* Etsi verò & in hoc crimine Majestatis bona publicari plerique Interpretes existiment, æquior tamen & humanior quorundam videtur sententia putantium bona tum demum fisco vindicari, si nemo liberorum aut parentum damnati existat. *per text. in l. eorum qui. 9. ff. ad l. Iul. Majest. Harprecht. ad d. §. 5. Instit. de publ. Iud. n. 46. Bocer. d. cap. 3. num. 99. & seqq.*

XII.

Sunt etiam in his Regalibus portus, ^a ripatica, ^b piscationum reditus, ^c salinarum reditus ^d argentariæ. ^e

a d. t. 56. 2. Feud. Portus est statio conclusa & munita, *l. portus. 59. ff. de verb. signif.* Statio est locus ubicunque naves tuto stare possunt. *l. 1. §. stationem. 13. ff. de fluminib. & hoc significatu portus inter Regalia numeratur, ratione scilicet vectigalis quod ex navium statione fiscus capit. l. inter publica. 17 §. publica. 1. ff. de verb. signif. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 4. num. 10. Bocer post alios allegat. d. cap. 3. num. 131. & quidem sine distinctione portuum naturalium vel artificialium, quia vectigal portus simpliciter absque distinctione fisco addicitur in *d. l. inter publ. §. publica. ff. de verb. signif.**

b d. t. 56. lib. 2. Feud. quo vocabulo significatur vectigal quod ratione riparum solvitur: *Bocer. d. cap. 3. num. 135. & præstatur si de ripa in ripam fluminis transeat. Bald. ad d. tit. 56. lib. 2. Feud.*

num. 1. Sixtin. d. lib. 2. cap. 5. n. 11. Bocer. d. cap. 3. n. 130. circa fin.
& class. 5. disp. 11. thes. 24.

c. d. tit. 56. lib. 2. Feud. id est vectigal quod ex piscatione solvi-
tur. Alvarot. & Hotm. *ad d. t. 56.* Iacobin. *de S. Georg. in sua inve-*
stitura feudali in verb. & eum. piscationibus. n. 1. Sixtin. *d. lib. 2. cap. 18.*
num. 7. & num. 32. nam hoc piscariarum vectigal fiscus capere ex-
pressè dicitur, *in d. l. inter publica. 17. §. publica. 1. ff. de verb. signif.*
quod vectigal præstari dicitur etiam si jus piscandi sit privati juris,
tàm in fluminibus lacubus & stagnis publicis quàm privatis, dum-
modo pisces in se contineant: quia Fridericus Imp. *in d. t. 56.* sim-
pliciter & absque ulla distinctione de piscationum redditu loqui-
tur. Bocer. *d. loc. num. 144. & 148.*

d. d. tit. 56. lib. 2. Feud. hoc est vectigal salinarum in privatorum
feudis repertarum, quod nominatim fiscus capere dicitur *in d. l. in-*
ter publica. 17. §. publica. ff. de verb. signif. nam ipsæ salinæ eorum
proprietas jure sunt in quorum prædiis habentur *l. 3. in fin. l. 4.*
& l. 5. in princ. & §. 1. ff. de reb. eorum qui sub tutel. vel cur. sunt. Six-
tin. *d. lib. 2. cap. 19. n. 1. & seq.* Bocer. *d. cap. 3. n. 175. & Class. 5. di-*
sp. 11. thes. 49.

e. d. tit. 56. lib. 2. Feud. quo nomine hîc veniunt argenti fodinæ,
non quidem quoad proprietatem, quæ ad ipsos privatos, in quo-
rum prædiis sunt, pertinent. *l. fructus. 7. §. si vir. 13. junct. §. seq. ff. so-*
lut. matrim. l. 3. in fin. cum l. seq. ff. de reb. eorum. qui sub tutel. vel cur.
sunt. Sed quoad tributum redditum & vectigal, quod ipsi privati ex
his, ut & cæteris metalli fodinis, quas in suis prædiis habent, fisco
Imperatoris præstare tenentur *per text. in d. l. inter publica. 17. §. pu-*
blica. ff. de verb. signif. l. 2. cum l. seq. Cod. de metallariis & metallis.
lib. 11. atque ita hîc argentarias interpretantur Dd. quos laudat &
sequitur Bocer. *d. cap. 3. num. 166. & d. Class. 5. disp. 11. thes. 47.*

XIII.

Adduntur quoque his Regalibus dimi-
dium thesauri in loco Cæsaris, vel loco reli-
gioso, non datâ operâ inventi; item totus the-
saurus datâ operâ in hisce locis inventus. ^a Ex-

traor-

traordinaria collatio ad felicissimam Regalis
numinis expeditionem, ^b præstationes anga-
riarum, parangariarū, plaustrorum & navium.^c

^a d. tit. 56. lib. 2. Feud. l. 3. §. penult. ff. de jure fisc. quæ non pugnat
cum §. thesauros 39. Inst. de rer. divis. l. si is qui. 63. ff. de acquir. rer.
dom. l. un. C. de thesaur. lib. 10. Thesaurus est vetus quædam pecu-
niæ depositio, cujus non extat memoria, ut jam dominum non ha-
beat. l. nunquam. 31. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. Pecuniæ autem ver-
bo significantur eo loco non tantum nummi, sed & aliæ abditæ
opes, d. l. un. C. de thesaur. ut & aliàs pecuniæ nomine & numera-
ta pecunia, & quævis alia res continetur. l. pecunia nomine. 222. ff.
de verb. signif. Sixtin. d. lib. 2. cap. 21. num. 3. & seq. Bocer. d. cap. 3.
n. 177. Qui autem cum in loco fisci thesaurum invenerit, partem
ad fiscum pertinentem suppresserit, totum cum altero tanto cogi-
tur solvere, d. l. 3. §. ult. ff. de jur. fisc. Thesauri verò in prædio feu-
dali vel emphyteutico reperti semis ad proprietarium, alter verò
semis ad inventorem pertinet. d. §. thesauros. 39. vers. at si quis. Inst.
de rer. divis. d. l. si quis. 63. in princ. ff. de acquir. rer. dom. d. l. un. circa
fin. Cod. de thesaur. lib. 10. tit. 33. in fin. lib. 2. Feud. l. 1. §. ult. ff. si
ager vectigal vel emphyteut. petat. l. fructus. 7. §. si fundum. 12. vers. non
magis. ff. solut. matrim. Bocer. d. loc. num. 181. & seqq.

^b d. t. 56. die Reichssteuer zu einem Kömerzug. Collatio publica,
de qua etiam in l. pendentes. 27. §. 3. ff. de usufruct. quæ aliàs in l. sine
herede. 32. §. Lucius. 6. ff. de administrat. & pericul. tutor. vel curat.
contributio dicitur, alia est Capitis, alia Soli sive possessionis; l. ult.
§. Divus. 7. ff. de censibus. Collatio possessionis alia est ordinaria, alia
extraordinaria. l. 1. in fin. Cod. de indictionib. l. ult. Cod. de munerib.
patrimonior. l. 5. Cod. de annonis & tribut. lib. 10. l. 1. C. de privileg. do-
mus Augusta. lib. 11. & de hac posteriori intelligendus est d. t. 56. lib. 2.
Feud. quia ea non nisi ex iudicio & præcepto Imperatoris exigere po-
test. l. un. C. de superindicto lib. 10. ex quo loco cognoscimus quod
omnis extraordinaria collatio de Regalibus sit. Hodie tamen illa
non à solo Imperatore, sed accedente consensu Statuum Imperii
indicitur, ut arguunt varii Recessus Imperii. Bocer. d. c. 3. n. 214.
quin & Principes aliique Status Imperii extraordinariam colla-
tio-

tionem à subditis suis exigere possunt: *R. A. de anno 1548. §. Wie*
wol nun Churfürsten. in fin. pag. m. 329. ibi; daß dervwegen ein jede
Obrigkeit Macht haben solle/seine Untertanen/Geistliche und Welte
liche/sie seyen exempt oder nicht exempt, gefreyet oder nicht gefreyet/
mit Steuer zu belegen/ doch höher oder weiter nicht / dann so fern sich
einer jeden Obergkeit gebührende Anlag erstreckt. Et hanc collectam
extraordinariam Reichssteuer zum Römerzug / etiam solvere tene-
tur Princeps Comes vel Baro, cui bona liberè & quietè possidenda
sunt ab Imperio concessa, nullo inde reservato præter equestre ser-
vitium, per text. in l. neminem. 11. Cod. de SS. Eccles. l. 1. C. de indictionib.
lib. 10. R. A. de anno 1548 d. §. Wie wol nun/ &c. in verbis; Sie seyen
exempt oder nicht exempt, gefreyet oder nicht gefreyet/ mit Steuer zu
belegen. Bocer. d. cap. 3. n. 216. Princeps quoque à Vafallo suo ex-
traordinariam collationem ab Imperatore & Imperii Statibus de-
cretam exigere potest, juribus modo allegatis: quemadmodum &
usufructuarius indictionis & superindictionis onus sustinere co-
gitur, per text. in l. si pendentes. 27. §. si quid. ff. de usufruct. l. qua-
ro. 28. ff. de usu & usufructu legat. l. neque stipendium. 13. ff. de impens.
in res dotales fact. Bocer. d. cap. 3. num. 216. & aliquot seqq. Sed quæ-
ritur, An Princeps aut alius magistratus subditis suis absque Impe-
ratoris & Statuum permissu collectam extraordinariam imponere
possit? Quod affirmatur per l. omnes provinciarum. 12. C. de operib.
public. l. ad institutiones. C. de SS. Eccles. l. 4. C. de privileg. domus Au-
gustæ Nov. 17. cap. 4. §. sed etiam. l. turris. 18. Cod. de operib. publ. In
quibus autem casibus hoc locum habeat vel non, vid. Sixtin d. lib. 2.
cap. 14. n. 50. 51. item n. 88. cum aliquot seqq. Idem obcinet in foren-
sibus si viæ publicæ & pontes necessariò instruendi sint, l. sunt mu-
nera. 11. ff. de vacat. & excusat. muner. l. honor. 14. §. viarum. ff. de
munerib. & honorib. & aliis casibus, quos videre est apud Sixt, d. loc.
n. 73. & seqq. Bocer. d. cap. 3. num. 230. & seqq.

c. d. tit. 56. lib. 2. Feud. l. jubemus. 20. cum. seq. C. de SS. Eccles. l.
nullus. 21. Cod. de cursu. publ. lib. 12. l. 2. C. de quibus munerib. vel præ-
stationib. nemini liceat se excusare. lib. 10. Sunt autem angariæ &
parangariæ munera patrimonialia, quæ præstatione jumentorum,
plaustrorum, & navium expediuntur, & ob necessitatem vel ali-
quod negotium repentinum imponuntur: l. ult. §. patrimonio-

rum

ram autem. 20. ff. de munerib. & honorib. l. ab his. 10. §. angariarum. cum leg. seq. ff. de vacat. & excusat. muner. l. 2. §. pen. C. de Episc. & Cler. l. neminem. 11. in fin. C. de SS. Eccles. l. penult. ff. de veteran. l. ult. vers. quotiens sanè. Cod. de fabricensib. lib. 11. Sixtin. d. lib. 2. cap. 13. n. 10. 16. & multis sequentib. Bocer. d. c. 3 n. 237. & seq. Etsi verò ab angariis & parangariis quidam immunes sint, attamen cum Imperator ad felicissimam expeditionem per provincias iter arripit, nemo ab hoc munere se excusare potest, ut nec à munere præstandi naves & plaustra. d. l. jubemus. 10. cum l. seq. C. de SS. Eccles. d. l. nullus. 21. C. de curs. publ. lib. 12. Quamvis item personis Ecclesiasticis, legum, medicinæ, aliarumque honestarum literarum professoribus, & militibus, data sit immunitas à præstatione angariarum & parangariarum: l. 2. §. pen. C. de Episc. & Cleric. l. ult. §. penult. ff. de muner. & honorib. l. ab his. 10. §. angariarum. & l. seq. ff. de vacat. & excusat. muner. l. medicos. 6. C. de medicis. lib. 10. attamen in casu publicæ necessitatis à præstatione navium nemo eorum immunis est. l. 4. §. 1. ff. de veteran. d. l. jubemus. 10. C. de SS. Eccles. l. 1. & 2. C. de navib. non excusand. lib. 11. Idem dicendum de angariis & parangariis. l. nemini. 11. Cod. de quib. munerib. vel præstationib. nem. liceat se excusare. lib. 11. Bocer. d. loc. n. 248. Sixtin. d. lib. 2. cap. 13. num. 28. & aliquot sequentib.

XIV.

Et hæctenus etiam de præcipuis Regalibus minoribus five fisci. Videamus deinceps quibusmodis Principibus, aliisque inferioribus Superiorem recognoscentibus Regalia adquirantur; quibus item modis amittantur. Adquiruntur autem Regalia Concessione & Præscriptione.^a

^a Cap. super quibusdam. §. præterea. ext. de verb. signif. l. 1. 3. & 4. C. vectigalia nova institui non posse. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 5. n. 1. Bocer. de Regalib. cap. 4. n. 1. Fit autem Regalium concessio primò per privilegium, quod duplicis est generis: conceditur enim vel

D

ipsa

ipsa lege, puta Aurea Bulla Caroli IV. *cap. 9. 10. 11.* aliisque Constitutionibus, veluti Edicto Monetali *de anno 1551. §. Weiter so setzen. pag. m. 284. in fin. & de anno 1571. §. gleichsfalls weil etliche. pag. m. 650. ut & de anno 1576. §. und außs fondern. pag. m. 666. Sixtin. d. cap. 5. n. 6. & seqq.* vel sine lege aut constitutione conceditur privilegium, ut patet ex Recessu Imperii *de anno 1551. §. So haben wir. p. m. 384. & anno 1570. §. alsdann auch. pag. 619. in fin.* quibus in locis tantum fit mentio privilegii Freyheit. Sixtin. *d. loc. n. 27. & seq.* Secundò etiam per investituram Regalia adquiruntur & in feudum conceduntur: Schneidevvin. *de feud. part. 2. num. 94. Schrader de feud. part. 2. cap. 1. n. 9. Sixtin. d. c. 5. n. 29.* Sive autem per investituram sive per privilegium Regalia concedantur, requiritur ut iusta aliqua urgens causa interveniat, itemq; ut clausula Ex certa scientia, vel clausula proprio motu adjiciatur; nonnunquam etiam requiritur consensus Electorum, idque de vectigalibus novis instituendis sancitum est in constitutione Imperii *de anno 1576. §. dardurch dann.* ac continetur etiam in Capitulatione inter Carolum Quintum & Electores multo ante facta, & in sequentium Imperatorum Capitulationibus. Sixtin. *d. loc. n. 38. & seq.* ubi de harum & similium clausularum vi & effectu. Adde Bocer. *d. cap. 4. n. 6.* Vtroque porro modo conceduntur Regalia vel generaliter, vel specialiter, ut vel unum, vel duo plura nominatim in concessione exprimantur; ubi ea tantum concessione censentur quæ exprimuntur. eaque restrictio fieri debet, ut ab una specie ad aliam non fiat illatio vel extensio. Sixtin. *d. loc. n. 62. Bocer. d. c. 4. n. 8. & seqq.* Expresso autem in concessione uno vel altero regali, utrum privativè, aut cumulativè concessio facta censeatur. *V. d. eund. Sixtin. d. loc. n. 53. & seqq.* Generali tamen concessione Regalium non continentur ea, quæ Principi in signum Supremæ Majestatis & præminentia reservata sunt *arg. l. 1. in fin. ff. de Constitut. Princip. l. hostes. 118. ff. de verb. signif.* quia in generali concessione ea non continentur, quæ verisimile est quenquam specialiter concessurum non fuisse. *arg. l. obligatione generali. 6. ff. de pignorib. & hypothec. & tit. 26. §. in generali. lib. 2. Feud. Sixtin. d. cap. 5. n. 122. & aliquot seqq.* Quemadmodum nec in concessione Ducatûs, Marchionatûs, Comitatus, territorii, castri, &c. Regalia tacitè concessa intelliguntur, etiam si hæc

vestitura facta sit cum omni jure. Bocer. d. c. 4. n. 3. Et ita quidem regulariter, quod tamen jus regulare varias habet limitationes, quas vide apud Sixtin. d. cap. 5. n. 82. & seqq. Et haec tenus quidem de concessione. Succedit alter acquirendorum Regalium modus Praescriptio sive consuetudo, qua similiter ab Imperatore ad alios perveniunt Regalia, d. c. super quibusdam. §. praeterea. Ext. de verb. signif. N. A. de anno 1548. §. und soll unser. & §. wann auch ein außgezogener. ibi; daß er je in Menschengeächtnuß. pag. m. 324. & §. wo aber innerhalb Menschengeächten. pag. seq. ceterum adversus Imperatorem haec praescriptio immemorialis sit necesse est: illa si quidem praescriptio cujus origo memoriam hominum excessit constituti loco habetur. l. 3. §. ductus aquae. 4. ff. de aqua quotidian. & astiv. ac obtinet vim privilegii & specialis concessionis Imperatoriae. Sixtin. d. loc. n. 136. ut proinde ad eam scientia jussio & concessio Imperatoris necessaria non sit. Bocer. d. c. 4. n. 48. & 50. Sixtin. d. l. n. 149. & seqq. bonatamen fides omnino requiritur Bocer. ibid. n. 51. Sixtin. saepe d. l. post pr. Contra alium autem quam Imperatorem sufficit praescriptio longissimi temporis sine titulo; vel longi temporis cum titulo; accedente tamen scientia & patientia adversarii. Sixt. ibid. n. 157. & seqq. ubi quomodo scientia & patientia probari debeat. Praescriptione porro adquiruntur Regalia non cumulativè, sed privativè: l. si quisquam. 7. ff. de dievers. & temporal. praescript. Sixtin. d. loc. num. 106. Deniq; una specie Regalium praescripta non intelliguntur praescriptae aliae diversae species Bocer. d. cap. 4. num. 56. sed quantum possessum, tantum & non plus dicitur esse praescriptum. Sixt. d. c. 5. n. 171.

XV.

Amittuntur Regalia iisdem ferè modis quibus adquiruntur: ^a Concessione nimirum, ^b & praescriptione. ^c

^a Arg. l. 1. ff. pro derelicto. Bocer. de Regalib. cap. ult. num. 1.

^b Regalia itaque per investituram alteri concessa amittit concedens: nam qui rem suam in alium transfert, alienat. §. per traditionem. 40. instit. de rer. divis. Bocer. d. c. ult. n. 2. ab eo verò cui regalia per infeudationem concessa sunt amittuntur iisdem modis

D 2

qui

quibus aliàs jure feudali feudum amittitur. Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 6. n. 67. & seqq.* Regalia verò per privilegium adquisita variis modis amittuntur. Sic cessante causa finali privilegii, cessant & amittuntur Regalia per privilegium concessa. Sixtin. *d. c. 6. n. 1.* Revocatione item à Principe factâ amittuntur Regalia, si neque principaliter, neque accessoriè in feudum concessa, sed principaliter per privilegium tributa sint. Sixtin. *d. loc. num. 3. & seq.* Renunciatione quoque privilegii factâ ab eo cui privilegium datum est, regalia amittuntur. *ibid. n. 29.* Non utendo. *l. 1. ff. de nundinis. ibid. n. 30.* Abutendo. *c. privilegia. & c. tuarum. de privileg. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 2. n. 22. Sixt. d. loc. n. 34.* Enormiter delinquendo, præsertim crimen læsæ Majestatis committendo. *l. quisquis. Cod. l. Iul. Majest. Aur. Bull. c. 24. Idem ibid. num. 38. & seq.* Finito tempore privilegii quo Regalia concessa sunt. *ibid. n. 41.* Interitu rei, v. g. destructione & everfione civitatis, castri, &c. cui regalia concessa sunt. *arg. l. si usufructus civitati. ff. quib. mod. usufruct. amittatur. Gail. lib. 2. obs. 62. n. 1. & lib. 2. de pac. publ. c. 9. n. 30. Sixtin. d. loc. n. 45.* Declaratione banni. *Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 1. n. 23. & c. 12. n. 4. Sixtin. d. loc. n. 55. & seqq.* Et hæc locum habent etiam in Regalibus per præscriptionem vel consuetudinem adquisitis ob eandem rationem. Sixtin. *d. loc. n. 73. & seq.*


c Nam ut alienat qui suum alii concedit *d. per traditionem. 40. Instit. de rer. divis.* ita vix est ut non videatur alienare qui patitur usucapi vel præscribi: *l. alienationis verbum. 28. in pr. ff. de verb. signif.* Caterum de præscriptione Regalium *thes. præd. dictum est.*


F I N I S.

X 2615891

VD 77







108.

ii
187

1654, 2.
M

DISPUTATIO JURIDICA,
De
REGALIBVS,

13

Quam
Annunte SS. Triade
Sub PRÆSIDIO
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, ET
Consultrissimi Viri,
Dn. VVOLFG. GVALTERI GRVBERI,
J.U.D. & Professoris in Celeberrima Tubingensium Aca-
demia Excellentissimi, Domini Patroni, Præceptoris atque
Promotoris summâ observantiâ colendi,
honorandi.

527

Publicæ disquisitioni subjicit,
Ad diem Augusti
JOHANNES MICHAEL WILLIVS,
LANDAVIENSIS.

TUBINGÆ,
Typis & Formis Kernerianis, 1651.

